

coalescere : removeant patrocinia, quæ favorem reis, et auxilium sceleris impariendo, maturari sceleram fecerunt. — Dat. 5 id. april. ARCAD. et RUFINO Coss. 392.

7. Imp. ARCAD., HONOR. et THEOD. AAA. Cæciliano P. P.

Defensores civitatum obliatos sibi reos in ipso latrocino, vel congressu violentiae, aut perpetrato homicidio, aut stupro, vel raptu, vel adulterio deprehensorum et actis publicis sibi traditos, expresso criminis cum his, a quibus fuerint accusati, mox sub idonea persecutione ad iudicium dirigant. — Dat. prid. kal. Januar. MEDOLANI, STILICONE 2 et ANTHEMIO Coss. 408.

8. Imp. HONOR. et THEOD. AA. Cæcilio P. P.

Defensores ita precipimus ordinari, ut sacris⁷ orthodoxæ religionis imbuti mysteriis, reverendissimum episcoporum, necnon clericorum, et honoratorum, ac possessorum, et curialium decreto constituantur: de quorum ordinatione referendum est ad illustrissimum pretoriam potestatem: ut literis ejusdem magnifica sedis eorum solidetur auctoritas. — § 1. Quod si quid a qualibet persona contra publicam disciplinam in lesionem possessorum fieri cognoverint defensores, referendi habeant potestatem ad illustres, et magnificos viros praefectos prætoriis, et illustres viros magistrorum et peditum, magistrorum etiam officiorum, et comites, tam sacram largitionum, quam rerum privatuarum. — Dat. 15 kal. februario. RAVENNÆ, HONORIO 8 et THEOD. 5 AA. Coss. 409.

9. *Idem*, AA. Cæcilio P. P.

Jubemus cura ac solertia defensorum minime possessores majoribus mensuris et ponderibus a susceptoriis pregravari: sed eos deprehensorum ad iudicium dirigiri cum ipso commissa fraudis indicio. — § 4. Illud etiam fieri permittimus: ut, si provincialibus nostris contestari injurias, seu lesiones suas cupientibus⁸, auctorum confectio a defensoribus denegetur, licentia eis tributar quæcunque libellum conscriptum, eo tempore, quo fuerit contestandum in frequentioribus civitatum locis proponendi, conveniendique scribas, tabularios, et cetera officia publica commenandi, per quæ libellum colligi oportebit, atque invitis supra memoratis personis, sub auctorum confectione ingrediendi, quorum questione fides possit inquiri: qua probata, in eos quos gestorum petitiā confectionem negasse constiterit, vigor iudicarius exeratur. — Dat. 11 kal. febr. RAVENNÆ, HONORIO 8 et THEODOSIO 3 AA. Coss. 409.

10. Imp. THEOD. et VALENTIN. AA. Cyro P. P.

Nulli defensori¹⁰ licere decernimus, si de publica custitudine se voluerit liberare, nisi divinos affatus intimaverit tuz sublimitatis iudicio: iriginta librarum auri penam, tam moderatoribus provincialium, quam cæteris judicibus, vel temeritoribus sacri nostri oracula, subituris, si neglecta fuerit auctoritas principalis. — Dat. 15 kal. sept. CONSTANT. CYRO V. C. Cons. 441.

TIT. LVI.

[DE MAGISTRATIBUS¹ MUNICIPALIBUS.]

1. CONSTANTINUS A. ad Florentium P. P.

Decuriones ad magistratum, vel exactiōnem ammoniorum ante tres menses, vel amplius nominari debent, ut, si querimonia eorum justa videatur, sine impedimento in absolventi locum alius subrogetur. — Dat. id. april. CONSTANT. SEVERO et RUFINO Coss. 323.

2. Imp. VALENTINIANUS et VALENS AA. ad Germanianum.

Magistratus confidendorum auctorum² habeant potestatem. — Dat. 15 kal. Jan. GRATIANO N. P. et DAGALAIPO Coss. 366.

TIT. LVII.

DE OFFICIO JURIDICI¹ ALEXANDRIÆ.

1. Imp. LEO et ANTHEMUS AA. Alexandro duci et praefect, Augustali.

Jubemus apud Alexandrina duntaxat clarissimam civitatem juridicum, licitum et concessum esse, singulis quibuscumque volentibus donationis conscripta solemniter instrumenta reserare, eisdemque robur adjudicari ges-

7. L. 19, supr. de episcop. aud.; L. 19, supr. de Judicis. add. N. 8, tit. iusjur. vera. et commun.

Tir. LVI. — 1. Infr. tit. de decurion. — 2. Confer. L. un. infr. tit. prox.; L. 2, infr. de fide instrum.; L. 2, D. eod.; N. 128, c. 4. — 7. Vide enim L. ult. D. de fide instr. — 8. L. 4, supr. h. t. — 9. L. 5, L. 6, supr. eod. — 10. Arg. L. 4, in fin. supr. eod.

112
torum series apud eundem confecta, tanquam si apud virum clarissimum moderatorem³ provincie, vel magistratus, vel defensores plebis habita fuisse dicerentur.

LIBER SECUNDUS.

TIT. I.

DE EDENDO⁴.

1. Imp. ANTONINUS PIUS A. Æmilio.

Ipsa disisce, quemadmodum pecuniam, quam te depositisse dici, debet tibi probes. Nam quod desideras, ut rationes suas adversaria tua exhibeat: id ex causa ad judicis officium pertinere solet. — P. P. 4 kalend. octob. SABIN. 2 et SEVERO Coss. 456.

2. Imp. SEVERUS et ANTONINUS AA. Fausto.

Is, apud quem res agitur, acta publica, tam civilia quam criminalia exhibet inspicienda ad investigandam veritatem fidem jubebit. — P. P. non. JULII, SEVERO A. et ALBINUS Coss. 495.

3. *Idem*, AA. Valenti.

Edita actio⁵ speciem futurae litis demonstrat: quam emendaris⁶, vel mutari licet, prout edicti perpetui monet auctoritas, vel jus redditum decernit aequitas. — Dat. 2 kalend. septemb. SEVERO 3 et ANTONINO AA. Coss. 203.

4. Imp. ANTONINUS A. Epaphrodito.

Qui accusare volunt, prolationes habere debent: cum neque juris, neque aequitatis ratio permettatur, ut alienorum instrumentorum inspiciendo potestas fieri debeat. Actore⁷ enim non probante: qui convenient, eti si nihil ipse prestat, obtinebit. — P. P. 5 id. Mart. DUOBUS et ASPRIS Coss. 213.

5. Imp. ALEXAND. A. Valentianæ.

Non est novum, eum⁸ a quo petitur pecunia, implorare rationes creditoris, ut fides veri constare possit. — P. P. 7 id. Mart. MAXIMO 2 et ALBINUS Coss. 224.

6. *Idem*, A. Uranio.

Justum est desiderium ejus, a quo pecunia petitur, licet nomine publico⁹, ut rationibus publicis exhibitis constet, quantum [sub] nomine suo solutum sit. — P. P. 16 kal. dec. MAXIMO 2 et ALBINUS Coss. 224.

7. *Idem*, A. Valenti.

Procurator privatæ rationis instrumentorum, quæ communia tibi esse cum fisco dicis, describendorum¹⁰ facultatem secundum morem fieri jubebit: et si quando res exigerit, ad fidem petitionis tua apud alium datum probandam aliquod eorum proferri, desiderante eo qui convenient, [ut id fiat, precipiet]. — P. P. 10 kal. Mart. Fusco et DEXTERO Coss. 226.

In AUTHENT. ut sponsalitatis largitates, § et hoc insuper, coll. 9, tit. 2, seu Novell. 419, cap. 5.

Si quis in aliquo documento mentionem faciat alterius documenti, nulla ea hac memoria fiat exactio: nisi aliud documentum, cuius memoria in secundo facta est, proferatur, aut alia secundum leges quantitas debitis probatio exhibeat: quia et quantitas, cuius memoria facta est, pro veritate debeatur: hoc enim et in veteribus legibus inventar.

8. *Idem*, Aug. Floro.

Et quæ a D. Antonino⁸ patre meo, et quæ a⁹ me rescripta sunt, cum juris et aequitatis rationibus congruent: nec enim diversa sunt, vel discrepantia: quod multum¹⁰ intersit, an ex parte ejus qui aliquid petit, quique dol exceptione submovebit ab intentione petitionis sua potest, rationes promi reus desideret, quibus se posse instruere contendit, quod utique ipsa rei aequitas suadet: an vero ab eo, a quo aliquid petit auctor desideret rationes exhiberi: quando hoc casu non oporet originem

Tir. I. — 1. Lib. 2, D. 4; add. 2 3. Inst. de pena tem. litig. N. 55. — 2. Add. 2, Inst. de injur. L. 15, D. b. t. — 3. d. L. 15; L. 4, 2 1; L. ult. D. eod. — 4. L. ult. infra. h. t. — 5. L. 24, D. b. t. — 6. L. 4, D. eod.; 2 5. Inst. de pena tem. litig. — 7. L. 2, supr. h. t. — 8. N. 55, c. 3. — 9. d. N. 55, c. 1.

Tir. III. — 1. Lib. 2, D. 14; 2 5. Inst. de except. — 2. Add. L. 16, infra. h. t. videlicet tamen L. ult. infr. eod. — 3. Immo vide L. 45, 2 1, de legit. a. — 4. L. 153, D. de R. I. — 5. L. 18, infra. de donat. — 6. L. 7, 2 7. D. h. t. — 7. d. L. 7, 2 7; L. 1, 2 7, D. depot. L. 14, 2 1, D. sol. matr.

petitionis ex instrumentis ejus, qui conveniuntur, fundari. — P. P. kalend. octobr. Fusco et DEXTERO Coss. 226.

TIT. II.

DE IN JUS VOCANDO¹.

1. Imp. ALEXANDER A. Throphinio.

Sicut bonis moribus convenient, reverentiam manumissoris² uxori prebenti: ita re exigente, in jus eam sine permisso prætoris vocari, prohibatum est. — P. P. 4 kalend. aprilis, AGRICOLA et CLEMENTINO Coss. 251.

2. Imp. GORDIANUS A. Nocturno.

Venia edicti non petita patronum³, seu patronam, eorumque parentes, et liberos, heredes insuper, eti extanei sint, a libertis, seu liberis eorum non debere in jus vocari, jus certissimum est: nec in ea rusticitati venia prebeat, cum naturali ratione honor hujusmodi personis debetur. Cum igit confitearis patroni tui filium sine permisso præsidiis te in jus vocasse: pœnam⁴ editio perpetuo præstitutam, rescripto tibi concedi temere desideras. — P. P. 8 id. novemb. GORDIANO A. et AVIOLA Coss. 240.

3. Imp. Dioclet. et MAXIM. AA. Rosanæ.

Qui in potestate patrum⁵ agent, aduersus eos experiri non possunt. Si igit emancipata es, venia edicti⁶ petita, hoc facere non prohibetur. Quod et in matris persona observandum est. — P. P. 8 id. nov. Diocletiano et MAXIMIANO AA. Coss. 287.

4. Imp. ALEXAND. A. Dionysio.

Cum, posteaquam aduersarius matris tue victus esset, matrem tuam circumvenerit, ut ei caveret nullam se controversiam de servis mouerat, id pactum mala fide factum, irritum est: et cum ex ea conventione cum matre tua agi coperit, judex eam liberabit. — P. P. prid. idib. sept. ALEXAND. 2 et MARCELLO Coss. 227.

5. Imp. ALEXAND. A. Nicæ.

Legem¹², quam dixisti, cum dotem pro alumina dares, servari oportet. Nec obesse tibi poterit, quod dici solet, ex pacto actionem non nasci¹³: tunc enim hoc iure uitur, cum pactum nudum est: alioquin cum pecunia datur, et aliquid de reddenda exconvenit: utilis est conditio. — P. P. 3 kalend. Mart. ALBINO et MAXIMO Coss. 228.

6. *Idem*, A. Capitonii.

Ex¹⁴ conventione quidem, qua pactum novercam tuam cum patre tuo dicas, cum fundum in dotem daret, ut creditoribus, quibus fuerant praedia obligata, usuras solveret: actio tibi aduersus eam competere non potest, eti si pactum malae fide factum, irritum est: et cum ex ea conventione astimatus (ita ut para instrumenti significat) in dotem datus est: ex vendito actio, ut placitus stetur, competit¹⁵. — P. P. non. dec. ipso A. 3 et DIONE 2 Coss. 230.

7. *Idem*, A. Flacillæ.

Pacta novissima¹⁶ servari oportere, tam juris quam ipsius rei aequitas postulat. Quapropter si conventione, que præcessit, diversa pars usuram se non esse consensit, et maxime si (ut proponis) id etiam apud acta præsidis adseveraverit: actionem, que super prima conventione fuerat, exercere non prohiberis. — P. P. 3 kal. Martii, AGRICOLA et CLEMENT. Coss. 251.

8. *Idem*, A. Maximus A. Mario.

In bona fide contractibus ita demum ex pacto actio competit, si incontinenti¹⁷ fiat: nam quod postea placuit, id non petitionem, sed exceptionem parit. — P. P. 3 idib. Januar. MAXIMINO A. et AFRICANO Coss. 257.

9. *Idem*, A. Gordianus A. Cælio militi.

Si pacto, quo pœnam aduersarium tuum promisso proponis, si placo¹⁸ citio non stetisset¹⁹, stipulatio subjecta est: ex stipulatu ages, vel id, quod in conventione devenierat, ut fiat, conquereris: vel pœnam stipulatione comprehensam more judiciorum exiges: nam bona aduersarii tui in te

L. 26, L. 61, D. de V. O.; L. 50, infr. h. t.; L. 4, infr. de inut. stip. — 8. L. 5, infr. de hered. act. — 9. L. 15, D. b. t. — 3. d. L. 15; L. 4, 2 1; L. ult. D. eod. — 4. L. ult. infr. de libert. — 5. L. 24, D. b. t. — 6. L. 4, D. eod.; 2 5. Inst. de pena tem. litig. — 7. L. 2, supr. h. t. — 8. N. 55, c. 3. — 9. d. N. 55, c. 1.

Tir. III. — 1. Lib. 2, D. 14; 2 5. Inst. de except. — 2. Add. L. 16, infra. h. t. videlicet tamen L. ult. infr. eod. — 3. Immo vide L. 45, 2 1, de legit. a. — 4. L. 153, D. de R. I. — 5. L. 18, infra. de donat. — 6. L. 7, 2 7. D. h. t. — 7. d. L. 7, 2 7; L. 1, 2 7, D. locat. — 8. L. 14, 2 1, D. sol. matr.

8*